



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

Aliud capitulum de purgatione sacerdotum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-19366

385 ANNO CHRISTI
Regum Francorum. KAROLI M 386

ALIVD CAPITVLVM DE PVRGATIONE SACERDOTVM

Datum, ut appareat, post tempus superioris Capitularis, eodem
tamen anno, & ante synodum VVormatiensem.

Vt Presbyteri criminosi ad synodum venientes in medio collocentur.

Lib. V. Ca-
pular. c.
370.
Presbyters criminosos canonice ad
synodum venientes jubemus juxta de-
creta Papæ Innocentij capitulo XXXIIII.
in medio collocari; disculsique objec-
tibus quæ ipsis Presbyteris impinguntur,
si convinci potuerint, à sacerdotali remo-
veantur officio, (quia qui sancti non sunt,
sancta tractare non possunt) atque alieni
efficiantur à ministerio quod vivendo inli-
cite polluerunt. Et si convinci non potue-
rint, secundum anterius capitulum con-
sultu Leonis Papæ & multorum Episcopo-
rum statutum, cum aliis Presbyteris &
fidelibus iustisque hominibus satisfaciant
Episcopo suo & populo.

ITEM ALIVD CAPITVLUM DE PVRGATIONE SACERDOTVM

Datum sub finem anni DCCCIII. Aquisgrani, ut videtur, quod se con-
tulisse Karolum Imperatorem post habitum Conventum VVorma-
tiensem colligitur ex annalibus Francorum Merensibus.

*De purgatione sacerdotum, qualiter VVormatia secunda vice à domino Karolo
& suis tractata atque sopia est.*

Lib. VII.
Capular.
cap. 28.
Omibus vobis tam præsentibus
quam & futuris scire cupimus quia
ideo consulta sedis apostolicæ & omnium
nostrorum Episcoporum ac reliquorum sa-
cerdotum atque maximè cunctorum fide-
lium nostrorum de purgatione criminato-
rum sacerdotum tanta tractavimus, eam-
que cum testibus, sicut in anteriori Capitu-
lari nostro continetur, fieri decrevimus,
quoniam nesciebamus eandem causam à
beato Gregorio Papa esse definitam. Nam
cum Warmatia generalem conventum
habuissimus, adlata est nobis à Riculfo
Mogoniacensi Metropolitanu epistola
beati Gregorii Papæ, in qua inter cetera
continebantur hæc: *De Presbytero vero vel*
quolibet sacerdote à populo accusato, si certi Gregor. II.
non fuerint testes qui criminis iniato non ad. capit. 9. c. 3.
probent veritatem, iurandum erit in me-
dio, & illam rectem proferat de innocentia
sive paritate cui nulla & aperta sunt omnia;
sive maneat in proprio gradu. Ita vero
omnia, quia vires nostras excedunt, in
judicio Episcoporum juxta canonicam san-
ctionem definitiæ relinquimus; ut hæc,
quando orta fuerint, ita definire satagant
ut nec secundum seculum justam repre-
hensionem nec penes Deum, quod absit,
damnationem, sed æternæ beatitudinis,
ipso auxiliante qui omnia infucata præstat,
præmia consequantur.

Tom. I.



B b